

Guttae Jesuitarum.

Elixir antivenerum Walkeri.

Jesuitertropfen.

- Rp. Resinae Guajaci P. 20
Ligni Sassafras P. 15
Balsami Peruviani P. 1
Spiritus V. rectf. P. 100.

Digere et filtra. *Dosis:* Cochlear parvum cum aqua saccharata saepius per diem unum. Medicamen in Anglia diplomate concessum.

Guttae**ad menstrua tormentosa Rademacheri.**

- Rp. Tincturae Strychni sem.
Tincturae Castorei Canad. aa 10,0.

Misce. *Dosis:* Guttae viginti quinque (25) quaque tertia hora, in dysmenorrhoea.

Guttae odontalgicae

Bernatzik.

Zahntropfen.

- Rp. Morphini 0,1
Acidi acetici Gutt. 3.
Solve calore leni in
Spiritus Vini 2,0.
Tum admisce
Chloroformii 8,0.

S. Gutta una cum gossypii mica in dentem cavum imprimatur. In cardialgia, gasteralgia guttae 20—30 cum saccharo sumantur.

Guttae odontalgicae camphoratae.

Feytonia.

- Rp. Camphora P. 10.
Solve in
Olei Cajeputi P. 20
Chloroformii P. 40
Olei Caryophyllor. P. 1.

Usus: Aut ad infricandum, aut in dentem cariosum ope gossypii paululi ingeritur.

Guttae**odontalgicae Rustii.**

- Rp. Olei Caryophyll. 2,0
Spiritus aetherei 6,0
Tincturae Opii simpl. 3,0.

M. Ope gossypii paululi guttulae nonnullae denti carioso ingerantur.

Guttae Pointianae

contra gonorrhoeam secundariam.

- Rp. Balsami Copaivae 18,0
Spiritus Vini rectfss.
Olei Terebinth. aa 3,0
Olei Menthae pip. 0,5.

M. D. S. Quater per diem unum gutt. 40—50 in aqua saccharata.

Guttae contra Vomitum gravidarum

Kroyheri.

- Rp. Aquae Lauro-Cerasi 5,0
Tincturae Strychni sem. 1,0.
Misce. *Dosis:* Guttae decem cum saccharo mane et vespere.

Guttulae Durandi.

Aether terebinthinatus. Mixtura Durandi (s. Whittii) contra calculos felleos.

- Rp. Olei Terebinth. rectf. 7,5
Aetheris 30,0.

M. S. Mane et vespere Gutt. 15—30 in aqua saccharata.

Praescriptio Rademacheri.

- Rp. Olei Terebinthinae 2,0
Spiritus aetherei 30,0.

M.

Guttulae lithontripticae

Palmierii.

Liquore lithontriptico di Palmieri.

- Rp. Aquae communis P. 50
Picis liquidae P. 10
Sulfuris sublimati P. 3.

Coque inter agitandum per semihoram, sepone et decantha. Remedium contra calculos et affectiones morbosas renium laudatum. *Dosis:* 15 vel 20 Guttae pluries per diem.

Hamamelina.

Hamamelidina.

- Rp. Extr. Hamamelis fol. 10,0.

Solve in

- Spirit. Vini rectfss. 30,0
Aquae destill. 5,0.

Liquorem filtratum loco calido evapora ad massam siccam, quam in pulverem contritam in lagena dense clausa serva. Adstringens. *Dosis:* 0,05—0,1—0,2.

Hazelina.

Hazelinum.

Extractum aquoso-spirituosum corticis Hamamelis Virginicae L. Conf. pag. 277: Extr. Hamamelis Virg. cort. *Usus*: Ad cataplasmata et malagmata haemorrhoidium tumentium.

Helenina.

Heleninum. Helenio-Camphora. *Helenin.* *Alantkampfer.*

Rp. Radicis vel rhizomatis Helenii (Enulae) 100,0.

In pulverem grossum redactis affunde Spiritus Vini conc. (95 %) 400,0.

Usque ad ebullitionem calefacta sepone loco tepido, ut ad 70° C. refrigerescant. Statim exprimendo cola. Residuo affunde

Spiritus ejusdem 200,0, denuo calefac ad ebullitionem et modo antea notato exprimendo cola. Liqueores commixtos et ad 65–70° C. calefactos filtra, tum cum

Aquae 60–70° C. calidae volumine quadruplici misce. Vase tecto, sepone per diem unum loco frigido. Crystallula collecta inter chartam bibulam loco tepido siccentur. Sint crystallula acicularia decoloria inodora, in aqua insolubilia, in Spiritu, Aethere, Chloroformio, oleis solubilia, calore 110° C. liquescentia. *Dosis*: 0,01–0,02 saepius per diem, pro die 1,0 (contra tuberculosisim, bronchitidem, pertussim).

Helleina

(Lamarrei et Caulieri).

Rp. Mucilaginis ex Helice pomatia P. 1000

Sacchari albi

Gummi Arabici aa P. 250.

Misce, loco tepido exsicca et in pulverem redige.

Helleboreina

Helleborein.

$$C_{26}H_{44}O_{15} - C^{52}H^{44}O^{30} = 596.$$

Rp. Decocti rad. Hellebori viridis vel nigri concentrati q. s.

Instilla tamdiu

Acetum plumbicum, quamdiu liquor inde turbatur, tum filtra. Liquori filtrato admisce

Natri sulfurici soluti q. s., ut plumbum perfecte praecipitetur. Liquorem deinde filtratum, tum evaporando ad volumen minus redactum tamdiu commisce cum

Acido tannico, in aq. soluto, quamdiu liquor inde turbatur. Praecipitatum ortum et aqua elotum misce cum

Plumbi oxydati subt. pulv. volumine circiter aequali, tum sepone per dies duos et interdum agita. Deinde massam satis humidam calore balnei aquae ad siccum evapora, tum in pulverem contritum superfunde

Spiritus Vini fortioris q. s., ad ebullitionem calefac et liquorem filtra. Liquor filtratus et destillando concentratus, tum refrigeratus cum

Aethere aethylico q. s. misceatur. Helleboreinam inde praecipitatum solvendo in Spiritu et miscendo cum Aethere depuretur, postremum in Spiritu absoluto solum evaporatione spontanea in crystallula pura transducatur.

Sint crystallula acicularia minima, cum aere in contactu albescentia, facile solubilia in aqua, difficile in Spiritu, insolubilia in Aethere. *Vis* ei Digitalis ex parte aequalis est. *Dosis*: 0,01–0,02 quater quinque per diem. *Dos. max.* 0,025, pro die 0,2.

Hepar Antimonii.

Stibium oxydatum fuscum nonablutum. (*Veterinaria.*)

Rp. Kali nitrici depurati

Stibii sulfurati nigri aa P.

In pulverem redactae mixtaeque in lancem planam, in camino collocatum, ingerantur et ope prunae accendantur. Post detonationem massa refrigerata in pulverem redigatur. Sit caloris e subcinereo fuscus.

Hepar Sulfuris martiale.

Ferrum sulfuratum cum Kalio sulfurato.

Rp. Sulfuris sublimati

Kali carbonici aa P. 10

Limaturae Ferrisubtilioris P. 5.

Mixtae in lebete ferreo vel figulino amplo et tecto leni igne liquando et inter agitationem in massam aequabilem coeant, quam in mortarium ferreum, pauxillo olei illitum, effusam et

refrigeratam in pulverem grossum redige et statim in lagenam bene claudendamingere. Sit pulvis e griseo fuscus. (Ad balnea sulfurata).

Homatropinum hydrobromicum.

$C_{16}H_{21}NO_3 \cdot HBr - C^{32}H^{21}NO^6$, $HBr = 356$.

Rp. Tropini amygdalici 10,0

Acidi hydrochlorici (25%) 8,0

Aquae destill. 20,0.

In cucurbitam vitream, collo longiore vel tubo refluatorio munitam ingesta calori balnei aquae per dies tres vel quatuor exponantur, tum liquori refrigerato

Kali carbonici soluti q. s. addatur, donec hoc sal praevaleat et Homatropinum oleosum plane secretum fuerit, quod ope

Chloroformii

bis exquassando colligenda est. Liquorem Chloroformii destillando a Chloroformio libera et liquorem residuum solve in

Acidi hydrochlorici diluti q. s., ut liquor sit paululo acidulus. Tum huic liquori admisce denuo

Kali carbonici soluti q. s., ut Homatropinum plane secernatur, dein ope Chloroformii exquassando collectum cum

Acidi hydrobromici q. s. commiscendo in Hydrobromidum transduc. Liquorem evaporando concentratum ad crystallisationem sepone. Crystalla collecta inter strages chartae bibulae siccata in vitris ocellusis, a luce remotis caute servantur.

Sint crystalla decoloria rhombea, in aquae partibus decem solubilia. Mydriaticum. Ad usum p. 1 in p. 100 aquae solvitur. Mydriasis post horas sex vel septem evanescit. *Dosis maxima*: 0,001, pro die 0,003.

Hydrargyro-Kalium bijodatum.

$KaJ_2HgJ + 3HO$. Hydrargyro-Kalium joditatum. Hydrargyrum bijodatum cum Kalio jodato. *Jodhydrargyrate djodure de potassium. Jodure de mercure et de potassium.*

Rp. Kalii jodati

Aquae destill. aa P. 17.

In patinam porcellaneam immissis et

ad ebullitionem usque fervefactis sensim adjice

Hydrargyri bijodati P. 45, et coquere perge, donec solutio perfecta sit. Tum sepone loco frigido per unum diem, dein crystalla (flava, valde humescentia) collige et premendo inter strages chartae bibulae sicca. Liquor residuus evaporando et seponendo crystalla nonnulla adhuc edit. Serva in vitris obturatis loco umbroso.

Hydrargyrum aceticum oxydatum.

Rp. Hydrargyri oxydati rubri P. 1.

In cucurbitam immissae affunde

Aceti concentrati P. 2

vel q. s., ut inter agitationem leni calore solutio efficiatur. Liquorem si opus fuerit filtratum immitte in patinam porcellaneam et sepone loco tepido, donec in massam crystallinam abierit.

Hydrargyrum aceticum (oxydulatum).

Rp. Hydrargyri nitrici oxydulati crystall. P. 20.

Tritas conquassando solve in mixtura frigida ex

Acidi nitrici puri P. 3 et

Aquae destill. P. 150

parata. Solutioni, si opus est filtratae, admisce inter agitationem

Natri acetici crystall. P. 16 antea in

Aquae dest. fervidae P. 32

solutas. Digere per horam unam, tum sepone per diem loco frigido, ut liquor (a luce semper arcendus) refrigeret. Dein praecipitatum defundendo, filtrando, aquae paululo abluendo separa, inter chartam bibulam premendo, calorem evitando, loco umbroso sicca et tandum in vitris contra lucem munitis serva. Sint crystallula squamiformia candida, argenti instar nitentia, in aqua parum solubilia.

Hydrargyrum albuminatum siccum.

Quecksilberalbuminat.

Rp. Albuminis ovi 12,5.

Soluta in

Aquae destill. 100,0

filtra. Liquori admisce

Hydrarg. bichlorat. corr. 4,0
soluta in

Aquae destill. 96,0.

Seponere per diem unum, tum praecipitatum in colatorio linteo colligere, paululum exprimendo. Praecipitatum humidum misce cum

Sacchari lactis pulv. 900,0,
vel. q. s.,

ut massa fere sicca efficiatur, quae massa supra Acidum sulfuricum collocatam exsiccetur, tum cum ea quantitate

Sacchari lactis
commisceatur, ut pondus massae 1000,0 expleat.

Hydrargyrum amidato-bichloratum.

Chloroamidum hydrargyricum. Hydrargyrum praecipitatum album *Ph. Germ.* Hydrargyrum ammoniato-muriaticum. Mercurius praecipitatus albus. Praecipitatum album. Hydrargyrum ammoniatum. Hydrargyrum bichloratum ammoniatum.

$\text{NH}_2\text{HgCl}-\text{NH}^2\text{Hg}^2\text{Cl}=251,1.$

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 100.

Solve in

Aquae dest. calidae *P.* 4000.

Solutioni refrigeratae filtrataeque inter agitationem admisce

Liquor. Ammonii caust. (10%)
P. 150

dilutas admiscendo

Aquae destill. *P.* 2700.

Ammonium paululum praevaleat. Praecipitatum colligere, ope voluminis duplicis Aquae destillatae frigidae, cui paululum Liquoris Ammonii caustici admixtum est, ablue, tum loco obscuro sicca et in vasis obturatis a luce remotis asserva. *Effic. P.* 100. (*Ph. Germ.*)

Sint frustula albissima, leni igne non liquescant, sed plane volatilia. (*Externum.*)

Usus: In unguine ophthalmico 0,5—1,5:10,0 adipis.

Hydrargyrum arseniato-jodatum.

Joduretum Arsenii et Hydrargyri.
Jodure d'arsenic et de mercure.

Rp. Hydrargyri bijodati rubri,

Arsenii jodati *aa P.*
Conterendo misce.

Hydrargyrum benzoicum oxydatum.

Benzoas hydrargyricus.
 $(\text{C}_6\text{H}_5-\text{CO}\cdot\text{O})_2\text{Hg}\cdot\text{H}_2\text{O}=460-\text{HgO},$
 $\text{C}^{14}\text{H}^8\text{O}^3+\text{HO}=230.$

Rp. Hydrargyri bichlorati 20,0.
Solutis in

Aquae destillatae calidae 250,0
inter agitationem adde

Natri benzoici 25,0

soluta in

Aquae destill. 75,0.

Seponere per diem unum, tum massam crystallinam in colatorio linteo colligere, aquae destillatae 100,0 affundendo elue, tum solvendo in aqua destillata fervida et seponendo in crystallula denuo transmitti. Sint crystallula nitentia odoris saporisque expertia, in aqua frigida difficile solubilia.

Hic benzoas etiam aequali modo paratur quo Hydrargyrum salicylicum, nisi quod

Hydrargyri bichlorati 30,0

et

Acidi benzoici cryst. 28,0

adhibeantur, postremo crystallisatio efficiatur.

Dosis: 0,01—0,02 bis terve per diem.
Dos. maxima: 0,03, pro die 0,1.

Hydrargyrum bibromatum

(corrosivum).

$\text{HgBr}_2=360-\text{HgBr}=180.$ Hydrargyrum perbromatum s. bromatum solubile.

Rp. Hydrargyri oxydati rubri *P.* 10.

Solve in

Acidi nitrici puri (pd. spec. 1,200) *P.* 18

(vel Acidi pd. spec. 1,185 *P.* 20).

Solutioni, si opus est decanthatae Aquae destill. Partibus 20

dilutae adde

Kalii bromati siccati *P.* 11,
antea solutas in

Aquae destill. *P.* 33.

Dein mixtura in balneo vaporis ad siccum evaporetur. Residuum in pulverem contritum digere, calor 60—70° Cels. term., per unam horam in

Spiritus V. rectfss. P. 100
et interdum agita. Fluidum adhuc fer-
vidum filtretur et loco frigido per ali-
quot dies seponatur, ut crystallae con-
rescant, quae collecta inter strages
chartae bibulae siccentur. Lixivium a
crystallis separatum cum Spiritu Vini,
quo filtrum eluisti, commixtum destil-
lando diminue et in crystallae coe,
eaeque siccata prioribus adde. Lixi-
vium ultimum rejiciatur. *Effic. P. 16.*

Sal in aqua difficile, in Spiritu et
Aethere facile solubile. *Dosis: 0,002—*
0,005—0,01. Dos. maxima: 0,02, pro
die 0,08!! In unguine 1,0:30,0—40,0.
Ad lotiones, illitus: 1,0:100,0—200,0.

**Hydrargyrum
bichloratum aethylatum.**

Hydrargyrum aethylochloridatum.
Aethylsublimat.
 $(C_2H_5)HgCl-Hg^2.C^4H^2Cl=264,5.$
Rp. Hydrarg. bichlorati 10,0.

Solve in
Spiritus absoluti 30,0.
Liquori admisce
Hydrargyri aethylati 10,0,
leni calore soluta in
Spiritus V. absoluti 15,0.

Sepone, ut mixtio spontaliter eva-
porans crystallula squamosa dimittat.
Massa crystallina collecta inter char-
tam bibulam leniter premendo siccata
in vitris dense clausis servetur. Cry-
stallula in aëre volatilia sunt. Hoc sal
albumen solutum non praecipitat, quam
ob rem ad injectiones subcutaneas
conveniens. *Dosis subcut. 0,005—0,01.*

**Hydrargyrum
bichloratum carbamida-
tum solutum.**

Sublimatum ureatum.
Rp. Hydrarg. bichlorati corr. 1,0.
Solve in
Aeque destill. 100,0.
Liquori frigido admisce
Ureae tritae 0,5

et agita, ut solutio efficiatur. Solutio
haec, quae in centimetris cubicis sin-
gulis copiam Hydrargyri continet 0,01
gram. Hydrargyri bichlorati aequiva-
lentem, non nisi ad dispensationem
(ex tempore) paranda est! *Dos. inject.*
subcutaneae: Siphon repletus (1,0) pro die
(syphilis).

**Hydrargyrum
bichloratum corrosivum.**

Chloruretum s. Chloretum hydrargyri-
cum. Sublimatum corrosivum. *Aetz-*
Sublimat.

$HgCl_2=271-HgCl=135,5.$

Massa crystallina alba diaphana,
valde venenosa, in aëre paulatim vo-
latilis, solubilis in aquae partibus 16,
spiritus p. 2,5, Aetheris p. 4. Solutio
reactionis acidae est. *Dosis: 0,005—*
0,01—0,02. Dos. max.: 0,02, pro die 0,1!
(Ph. Aust. Dos. max. 0,03, pro die 0,1).

**Hydrargyrum
bichloratum cum
Ammonio chlorato.**

Hydrochloras Hydrargyri et Ammo-
nii. Sal Alembrothi. *Sel de la vie.*
Alembrothsalt.

$(NH_4)_2HgCl_4+2H_2O.$

Rp. Hydrargyri bichlorati corro-
sivi 10,0

Ammonii chlorati siccati 4,0.
Conterendo in mortario porcellaneo
intime mixta consperge
Aeque destillatae 1,6.

Tum denuo contere et massam sali-
nam, mortarium charta obtecutum, aëri
per horas duas expone vel donec massa
plane sicca appareat. Serva in vitro
dense clauso. Venenum.

Si hoc sal in ligamenta et alligatu-
ras insumendum est, recipe mixturam
conterendo paratam e

Hydrarg. bichlorati corr. et
Ammonii chlorati aa P.

**Hydrargyrum
bichloratum cum Chinino
hydrochlorico.**

Perchloridum Hydrargyri cum Chinino
hydrochlorico. Hydrargyrum et Chi-
ninum chloratum.

Rp. Hydrargyri bichlorati corro-
sivi P. 1.

Solve in
Aeque dest. calidae P. 10.

Porro recipe
Chinini hydrochlorici P. 2,

quas solve in
Aeque dest. calidae P. 20.

Ambo liquores commisceantur et in
patinam planam infusi, a luce remo-

vendi, seponantur per diem unum. Crystalla exorta dein collige, inter strages bibulae premendo sicca et caute serva.

**Hydrargyrum
bichloratum cum
Morphino hydrochlorico.**

\dagger MphHCl+4HgCl. Hydrargyrum et Morphinum chloratum.

Rp. Morphini hydrochlorici P. 20.
Solutis in

Aquae dest. calidae P. 120
inter agitandum instilla liquorem calidum, paratum ex

Hydrargyri bichlorati corrosivi P. 29 et

Aquae destill. fervidae P. 200.

Tum mixturam sepone per diem unum loco frigido. Crystalla cum praecipitato collige et premendo inter strages chartae bibulae sicca.

**Hydrargyrum
bijodatum (rubrum).**

Jodetum s. Joduretum hydrargyricum. Hydrargyrum (Mercurius) jodatum rubrum. Hydrargyrum perjodatum. —

Biniodidum Hydrargyri Ph. Brit.

$\text{HgJ}_2=454-\text{HgJ}=227.$

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi P. 20.

Solve in

Aquae dest. calidae P. 400.

Liquori filtrato inter continuam agitationem instilla in

Kalii jodati P. 25

antea solutas in

Aquae destill. P. 80,

tum filtratas. Praecipitatum indenatum in filtro collige, aqua destillata elue et leni calore sicca. Serva in vitris obturatis, a luce remotis. Sit pulvis laete coccineus. Effic. circiter P. 30.

Dosis: 0,005—0,01—0,02. Dos. maxima: 0,02, pro die 0,1!! (Ph. Austr. Dos. max. 0,03, pro die 0,1!!)

Hydrargyrum bromatum
(mite s. insolubile).

Brometum s. Bromidum hydrargyrosum.

$\text{Hg}_2\text{Br}_2=560-\text{Hg}^2\text{Br}=280.$

Rp. Kalii bromati P. 13

antea solutas in

Aquae destill. P. 30.

Solutioni filtratae instilla inter agitandum

Hydrargyri nitrici oxydul. crystall. P. 30

ad pulverem tritas et agitando solutas in mixtura frigida, parata ex

Acidi nitrici puri (p. spec. 1,180—1,200) P. 4 et

Aquae destill. P. 250.

Praecipitatum inde ortum loco umbroso filtroingere et in eo primum Aqua destillata, tum Spiritu Vini rectificatissimo sedulo ablue. Inter strages chartae bibulae siccatur in lagenis loco a luce remoto serva. Effic. fere P. 30.

**Hydrargyrum
carbolicum oxydatum.**

Hydrargyrum phenylicum.

$\text{Hg}(\text{C}_6\text{H}_5\text{O})_2+\text{H}_2\text{O}=404-\text{HgO},$
 $\text{C}^{12}\text{H}^5\text{O}+\text{HO}=202.$

Rp. Liquoris Natri caustici (pd. [1] spec 1,140) 38,0

Acidi carbonici cryst. 12,0.

Commixta agita, ut solutio efficiatur. Inter agitationem in hunc liquorem infunde solutionem paratam ex Hydrargyri bichlorati corr. 10,0 et Spiritus Vini rectfss. 80,0.

Quo facto sepone per horam unam loco umbroso, tum praecipitatum in filtro collige, aqua frigida elue, deinde in scutellam transgestum et supra Acidum sulfuricum concentratum, in siccatario clauso collocatum, exsicca. Sit pulvis decolor vel e flavido albus, insolubilis in aqua et in spiritu, inodorus. Serva in vasis vitreis clausis, a luce remotis. Antisyphiliticum. Dosis: eam Hydrargyri benzoici aequat.

Rp. Kali caustici puri 13,0.

In pulverem transacta misce cum

[2] Acidi carbonici cryst. 24,0.

Miscelam calore tepido inter agitationem solve in

Spiritus V. rectfss. 60,0.

Liquorem filtratum commisce cum liquore solvendo parato ex

Hydrargyri bichlorati corr. 32,0 et

Spiritus absoluti 100,0.

Praecipitatum exortum Spiritu vini diluti eluatur, donec liquor defluens

reactionem Chlorum indicantem vix praebat. Postremum praecipitatum supra acidum sulfuricum collocatum siccetur. *Dosis*: eidem Hydrargyri bichlorati vel benzoici aequalis est.

Hydrargyrum chloratum mite

praecipitatum.

Chloretum hydrargyrosom. Subchloridum Hydrargyri. Calomelas praecipitatus. *Chlorure mercurieux précipité.*

Précipité blanc Ph. Gall.

$Hg_2Cl_2=471-Hg^2Cl=235,5.$

Rp. Hydrargyri bichlorati corro-
[¹] sivi 100,0.

Solve in

Aquae destill. 3000,0.

In hanc solutionem tepefactum induc

Acidum sulfurosum gasiforme, evolutum e mixtura parata ex Acido sulfurico Anglico et Carbone ruditer tuso, donec solutio hoc gase saturata sit. Sepone vase clauso loco ad 70—80° C. calefacto per horas duas, tum praecipitatum in filtro collectum elue et loco tepido sicca. Lux solis curiose prohibeatur ab hoc Calomelane.

Rp. Hydrargyri depur. P. 22.

In lagenam vitream inmissis affunde

[²] Acidi nitrici puri (p. spec.
1,180 ad 1,200) P. 30

Aquae destill. P. 15.

Sepone per plures dies loco, cujus temperatura 40° Celsiani therm. non excedit, et saepius agita, donec neque vesiculae aërae in superficie Hydrargyri emergentes, neque diminutio huius metalli observentur.

Tum liquorem decanthatum dilue

Aquae destill. frigidae P. 40
et, si opus est, filtra.

Liquori limpido statim inter agitationem affunde solutionem filtratam, ex

Ammonii chlorati sublimati
P. 6 et

Aquae destill. P. 50

paratam. Praecipitatum exortum Aqua destillata quam celerrime miscendo, sedimentando, decanthando filtrandoque penitus edulcora, ita ut aqua defluens chartam exploratoriam non amplius afficiat et Liquore Ammonii caustici affuso minime turbetur. Praecipitatum penitus edulcoratum loco

umbroso et tepido siccetur. *Effic.*
circ. P. 18.

Nota. Liquori a praecipitato defuso et filtrato adde tantum Liquoris Ammonii caustici, ut Ammonium aliquantum praevaleat. Praecipitatum inde exortum edulcora, loco tepido et umbroso sicca; tum serva hac signatura:

Hydrargyrum ammoniato-nitricum.

Effic. fere P. 6. Hoc praeparatum substituitur in unguentis venalibus Hydrargyri praecipitati albi. Unguenta alba cum illo praecipitato post aliquod tempus flavescunt.

Hydrargyrum chloratum mite sublimatum.

Hydrargyrum chloratum vapore paratum *Ph. Germ.* Mercurius dulcis. Calomelas. *Calomel à la vapeur. Calomel.*
 $Hg_2Cl_2=471-Hg^2Cl=235,5.$

Rp. Hydrargyri bichlorati corro-
sivi P. 100

Hydrargyri venalis P. 75.

In mortario porcellaneo tepefacto una cum aqua terantur, donec Hydrargyrum omnino sit extinctum et globuli metallici non amplius conspiciantur. Massa pulverea in patinam porcellaneam inmissa sub divo calore balnei arenae inter agitandum ope bacilli vitrei tandiu exsiccetur, donec partes aquosae omnino consumptae fuerint et tabulae vitreae ad massam accessae sublimatum albidum adhaerere incipiat. Massa dein immittatur in phialas ad tertiam partem tantum implendas, quae cono cretaceo clausae balneo arenae circiter ad duos trientes altitudinis usque imponantur. Fiat sublimatio igne sensim augendo. Sublimatione peracta post refrigerationem phialae frangantur, Hydrargyrum et Hydrargyrum bichloratum collis phialarum plerumque adhaerentia cum cura rejiciantur. Quo facto massa sublimata in mortario porcellaneo inter affundendam Aquam destillatam l. a. laevigetur. Pulvis subtilissimus dein (lucem semper evitando) Aqua destillata tandiu eluatur, donec liquor defluens addito Ammonio caustico soluto non amplius turbetur, postremum Spiritu Vini eluatur et siccetur. Serva

in ollis a luce remotis. Sit pulvis e subflavido albus, tenuissimus, in igne plane avolans. Effic. *P.* 165.

Hydrargyrum chloro-bijodatum.

Hydrargyrum bichlorojodatum. Hydrargyrum bijodatum cum Chlorido Mercurii. Chlorojoduretum hydrargyricum. (*Bijodure de Chlorure mercurique. Sel de Boutigny.*)

Rp. Calomelanos praep. 10,0

[¹] Jodi puri 5,42.

In mortarium lapideum ingesta, dum Spiritus Vini rectificatissimi aliquot guttulis consperguntur, per horam dimidiam conterantur, tum lenissimo calore siccantur. Statim in vitris nigris obturatis serva.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi 6,0

[²] Hydrargyri bijodati rubri 10,0.

Spiritu Vini conspersa misce contendo.

Rp. Hydrargyri bichlorati 10,0

[³] Aquae destill. 20,0.

Mixtis et ad 100° C. calefactis sensim immitte

Hydrargyri bijodati

eam quantitatem, quae calore notato solvitur. Tum sepone loco frigido. Massam dein secretam crystallinam collige et loco tepido sicca (*Ph. Gall.*)

Hydrargyrum chlorojodatum.

Hydrargyrum jodatum cum Chlorido Mercurii. *Jodure de Chlorure mercurieux.*

Rp. Calomelanos praep. *P.* 47.

Jodi puri *P.* 13.

In mortarium lapideum ingestae, dum Spiritus Vini rectificatissimi aliquot guttulis consperguntur, per horam dimidiam conterantur et tum calore lenissimo siccantur. Serva in vitris obscuratis obturatisque.

Hydrargyrum cum Creta.

Aethiops alcalinus s. cretaceus.

Rp. Hydrargyri dep. *P.* 3

Cretae albae *P.* 5.

Additis aliquot guttulis aquae, ut miscela consistentiam electuarii accipiat, perpetuo terantur usque ad perfectam

extinctionem Hydrargyri. Sit pulvis griseus, globuli metallici oculis nudis ne conspiciantur. *Dosis:* 0,2—0,5.

Ph. U. St. Hydrarg. 38,0, Sacchari lactis 12,0, Cretae 50,0 Inspergendo Aetherem et Spiritum contritio efficiatur.

Ph. Brit. Hydrarg. 10, Cretae 20.

Hydrargyrum cyanatum.

Hydrargyrum zooticum. Cyanidum s. Cyanuretum hydrargyricum.

Hg(CN)₂=251,7—HgCy=125,85.

Rp. Acidum hydrocyanicum, quod e

[¹] Ferro-Kali cyanati flav. *P.* 34

Acidi sulfurici *P.* 20

Aquae destill. *P.* 40

destillando ad siccum obtentum est.

In cucurbitam ingestum diligenter conquassetur cum

Hydrargyri oxydati rubri praeparati *P.* 25.

Si odor Acidi hydrocyanici non praevalet, aliquantulum Acidi addatur. Dein liquorem, volumine aequali Aquae destillatae dilutum, calefactum et filtratum evaporando, seponendo refrigerandoque l. a. in crystallata redige.

Sint crystallata alba, in aquae *P.* 13 et spiritus *P.* 15 solubilia. In flamma tubi ferruminatorii sine remanentia diffugiant. Effic. *P.* 26—27.

Rp. Caerulei Berolinensis

[²] Hydrargyri oxydati rubri aa *P.* 10.

In pulverem subtilissimum redactis et mixtis affunde

Aquae dest. fervidae *P.* 100.

Digere inter agitationem per horas duas, dein coque. Tum filtra liquorem adhuc fervidum et colaturam evaporando refrigerandoque in crystallata coe.

Si Caeruleum Berolinense non satis purum invenis, id antea eluendo Acido hydrochlorico valde diluto et aqua depurandum est. (Antisyphiliticum, antidiaphtheriticum.)

Dosis: 0,005—0,0075—0,01. *Dosis maxima:* 0,02, pro die 0,1!

Hydrargyrum cyanatum et Kalium jodatum.

KaJ₂HgCy. Hydrargyro-Kalium cyanidodatum. Kalium jodatum cum

Hydrargyro cyanidato. *Cyanhydrargyrate d'iodure de potassium.*

Rp. Hydrargyri cyanati P. 13.

Solve leni calore in
Aquae destill. P. 65.

Liquori calido inter lenem agitationem instilla solutionem fervidam, paratam e

Kalii iodati P. 9 et

Aquae destill. P. 6.

Tum loco frigido per aliquot dies sepone, dein crystallula exorta (decoloria) collige et premendo inter chartae bibulae strages sicca. Serva in vitris obturatis loco umbroso.

Hydrargyrum depuratum.

Mercurius purus $Hg = 200 - Hg = 100$.

Rp. Hydrargyri venalis P. 60

[¹] Ferri sesquichlorati crystallisati

Aquae destill. aa P. 2.

In lagenam ingestae fortiter conquassentur, donec Hydrargyrum in formam pulverulentam reductum sit. Tum loco frigido per horas 12–24 sepone. Liquido tum defuso, Hydrargyrum iterum iterumque cum

Acido hydrochlorico,

dein cum

Aqua destillata fervida

optime conquassetur et hoc modo abluatur. Aqua adhaerens postremum leni calore chartae bibulae ope separetur.

Rp. Hydrargyri venal. filtrati P. 40

[²] Acidi nitrici puri

Aquae destill. aa P. 3.

In lagenam ingestae saepius fortiter agitentur et per tres dies seponantur. Tum Hydrargyrum primum aqua, quae Acidum nitricum continet, tandem aqua pura abluatur, postremum siccetur.

Hydrargyrum ferratum.

Rp. Hydrargyri P. 1

Ferri oxydati fusci P. 2.

Diligenter conterantur, donec Hydrargyrum extinctum sit.

Hydrargyrum formidatum solutum (Liebreich).

Quecksilberformamidlösung.

$Hg(H.CO.NH)_2 = \text{Mercuriformamid.}$

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi 12,6.

Soluta in

Aquae dest. tepid. 126,0

infunde inter agitationem in liquorem, paratum e

Liquoris Natri caustici (pd. sp. 1,334) 15,0 et

Aquae destill. 130,0.

Post horam unam sepone, lucem solis semper evitando, loco calido, ut mixtura calorem 35–40° C. accipiat, et interdum agita. Tum sepone, deinde liquorem limpidum decantha et praecipitato affunde aquam calidam, quam post sedimentationem denuo defunde. Praecipitatum affundendo et defundendo aquam perfecte elotum misce cum

Formamidi q. s.,

ut liquor limpidus efficiatur, tum adde

Aquae destill. q. s.,

ut liquor litram unam vel grammata 1002,0 expleat et singula centimetra cubica eam quantitatem salis contineant, quae 0,01 grm. Hydrargyri bichlorati aequivalet. Lux solis diurnae caute evitetur. *Dosis injectoria:* 1,0 vel cem l. Injections subcutaneae 30 ad 40 sufficient (Liebreich).

Nota: Formamidum (H.CO.NH₂) ex Ammonii formicici s. formylici p. 2 et Ureae (Carbamidi) p. 1 destillando elicitur.

Hydrargyrum jodatum

(viride s. flavum).

Joduretum s. Jodetum hydrargyrosum.

Protiodide of Mercury Mercurous Jodide.

$Hg_2J_2 = 654 - Hg_2J = 327$.

Rp. Hydrargyri dep. P. 8

Jodi puri P. 5

Aquae destill. P. 1.

In mortarium porcellaneum immissas sub divo assidue contere et interdum Spiritus Vini aliquot guttis conperge, donec miscela colorem e flavo viridem induerit. Tum Spiritu Vini rectificatissimo ablue. Loco tepido umbrosoque postremum exsiccata miscelam in lagenam obturata, adversus lucis accessum munita asserva.

Dosis: 0,01–0,03–0,05. *Dosis maxima:* 0,05, pro die 0,2!!

Hydrargyrum cum Magnesia.

Rp. Aethiopsis saccharati *P.* 3
Magnesia subcarbonic. *P.* 2.
Exactissime mixtae aqua eluendo a saccharo liberentur, tum loco tepido siccantur. Asserva in vitris clausis.

Hydrargyrum nitricum basicum.

Nitras bishydrargyrosus. Subnitras hydrargyrosus. Turbithum nitrosum s. nitricum. *Turbith nitreux.*
 $Hg_2(Hg_2O)(NO_3)_2 \cdot H_2O = 958 - 2Hg_2O,$
 $NO^3, HO = 479.$

Rp. Hydrarg. nitrici oxydulati-
cryst. 10,0.

Ad pulverem subtilissimum redacta inter agitationemingere in

Aquae dest. ebullient. 100,0.

Tum agita, donec pulvis colorem flavum acceperit, deinde sepone. Lique post horas duas decanthato, sedimentum in filtro collige, aqua frigida elue et loco tepido exsicca. Serva in lagenis obturatis, a luce remotis. Sit pulvis e viridi flavus, in aqua insolubilis. *Ph. Gall. Usus.* Medicamen cathaereticum. In unguentis plerumque adhibetur.

Hydrargyrum nitricum oxydatum solutum.

Liquor Hydrargyri nitrici oxydati. Nitras acidus Hydrargyri liquidus. Mercurius nitrosus calore paratus.

Rp. Hydrargyri oxydati rubri
P. 10.

Affunde

Acidi nitrici puri (p. sp. 1,153)
P. 23,3

aut quantum ad perfectam solutionem requiritur. Tum admisce

Aquae destill. q. s.,
ut pondus liquoris exaequet
Partes 80.

Pond. spec. 1,175—1,185.

Ph. U. St. praec. Hydrarg. oxyd.
P. 40 ad liquoris *P.* 100.

Ph. Gall. Hydrarg. puri 100,0, Acidi nitrici (54,5 % NO^3) 165,0, Aq. 35,0. Solve et evapora usque ad 225,0 residua.

Ph. Brit. 120,0 Hydrargyri, Acidi nitrici (pd. sp. 1,42) 215,0, aq. 45,0. Calore

balnei aquae solutio efficiatur. Pondus liquoris 360,0 expleat.

Hydrargyrum nitricum oxydulatum crystallisatum.

$Hg_2(NO_3)_2 + 2H_2O = 560 - Hg_2O, NO^3 + 2HO = 280.$

Rp. Hydrargyri dep. *P.* 10.

In cucurbitam vitream ingestis affunde

Acidi nitrici puri (25%) *P.* 15,
tum sepone per dies tres loco frigido.

Dein liquor calefiat, donec crystallata plane soluta fuerint, quo facto Hydrargyrum a liquore separetur, liquor autem ad crystallisationem seponatur. Si liquor crystallata demittere cessat, guttae nonnullae bacilli vitrei ope eximantur et supra laminam vitream agitatae in liquorem remittantur. Crystalla post aliquot dies exorta in infundibulo vitreo collige et liquore salino deguttato in lagenis vitreis obturatis serva.

Dosis: 0,005 — 0,01 — 0,015. *Dosis maxima:* 0,015, pro die 0,06.

Liquor a crystallis defusus ad Hydrargyri oxydati rubri parationem reservetur.

Hydrargyrum nitricum (oxydulatum) solutum.

Liquor Hydrargyri nitrici oxydulati. Liquor Hydrargyri nitrosi. Liquor Bellostii.

Rp. Hydrargyri nitrici oxydulati
10,0.

In mortario porcellaneo subtiliter tritis adde

Acidi nitrici 1,5

et sensim, calore evitato, solve in

Aquae destillatae 88,5,

ut pondus liquoris totius exaequet 100,0.

Non nisi ad dispensationem paretur. *Ph. Germanica.*

Dosis: Gutt. 1—2 bis terve per diem, aqua diluta. Ad ligamenta, lotion., inject. 0,5—2,0: 100,0 aquae.

Hydrargyrum oxydatum.

$HgO = 216 = HgO = 108.$

Hydrargyrum oxydatum rubrum. Hydrargyrum praecipitatum rubrum.

Rp. Hydrargyri depurati *P.* 12.

In cucurbitam vitream immissas solve leni calore in

Acidi nitrici puri P. 20.

Liquor in patinam porcellaneam immisus ad siccum evaporet. Massa salina residua conterendo commisceatur cum

Hydrargyri depurati P. 10,

ita ut extinctio Hydrargyri perfecta sit. Dein massam in cucurbitam vitream injice et calore balnei arenae calefac, quamdiu vapores rutilantes evadunt. Post hoc cucurbita statim ex balneo exemta, massae fere refrigeratae affunde

Liquoris Kali caustici,

Aquae destillatae 20plici volumine diluti, quantitatem sufficientem, sepone et saepius agita. Tandem massam rubram aqua calida perfecte ablue et in pulverem subtilissimum redige, quem leni calore siccatur in vasis clausis a luce remotis asserva. *Dosis*: 0,005 bis 0,01—0,02. *Dosis maxima*: 0,02, pro die 0,1!! *Ph. Austr.* 0,03, pro die 0,1.

Hydrargyrum oxydatum flavum.

Hydrargyrum oxydatum via humida paratum *Ph. Germ.*

Oxydum hydrargyricum *Ph. Fenn.*

$HgO=216-HgO=108.$

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi P. 1.

Solve in

Aquae destill. tepidae P. 10.

Liquorem filtratum inter agitationem instilla in

Liq. Natri caust. (15%) P. 3

Aquae destillatae P. 5

dilutas. Sedimentum cum liquore digere calore 30° C. non superante, loco a luce diurna remoto, usquedum colorem duxerit luteum, postremum collige, aqua ablue, quamdiu haec Chlori vestigium praebat. Loco tepido et umbroso siccatur serva in vitro non pelucido vel loco a luce remoto. *Ph. Germ.* *Dosis*: 0,003—0,008—0,015. *Dosis maxima*: 0,02, pro die 0,1!! (*Ph. Austr.* *Dosis maxima*: 0,03, pro die 0,1!!).

Hydrargyrum oxydulatum nitricum ammoniacatum.

Mercurius solubilis Hahnemanni. Hydrargyrum oxydulatum

nigrum *Ph. Bor. vet., Bav., Dan., Fenn.* Mercurius praecipitatus niger. Hydrargyrum oxydulatum Hahnemanni. Oxydum hydrargyrosus *Ph. Fenn.*

Rp. Ammonii caustici soluti P. 2

[1] Spiritus Vini rectifss. P. 25.
Mixtis inter continuam agitationem instilla.

Hydrargyri nitrici oxydulati soluti, recens parati

P. 36 vel tantum, ut mixtio fiat acidula. Praecipitatum exortum, a luce semper prohibendum, in filtro colligatur, Spiritus V. rectificati parva copia abluatur et inter strages chartae bibulae pressum loco umbroso, calorem evitando, siccetur. Contritum in vitris a luce remotis servetur. Sit pulvis nigerrimus.

Mercurius cinereus Blackii simili modo paretur, nisi quod loco Ammonii caustici soluti et Spiritus Vini sumantur Ammonii carbonici P. 2 in Aquae destill. P. 20 solutae.

Mercurius cinereus Saunderi paretur conterendo Calomelanem cum Ammonii caustici soluti quantitate decupla et abluendo sedimentum siccatuque. *Dosis*: 0,02—0,05—0,1—0,2 bis terve per diem.

Rp. Acidi nitrici (pd. sp. 1,185) [2] 55,0

Hydrargyri puri 50,0.

In poculum vitreum ingesta sepone per plures dies loco frigido, a luce remoto. Tum loco tepido calefac, donec crystallata soluta sint. Liquorem calidum statim defunde et ad locum frigidum sepone, ut crystallata secernantur. Liquorem a crystallis defusum denuo hydrargyro affunde et per aliquot dies sepone. Tum age ut antea, quamdiu crystallata exoriuntur.

Crystallata omnia in infundibulum supra penicillum lanae vitreae collige, ut liquore adhaerente via defluxionis orbentur, tum inter chartam bibulam sicca.

Horum crystallorum 10,0

in pulverem redige, tum primo adde Acidi nitrici diluti (pd. sp. 1,100) 2,5 et

Aquae destill. 100,0.

Solutioni huic inter fortem agitationem adde

Liquoris Ammonii caustici
(10 %) 5,0

antea diluta addendo

Aquae destill. 60,0.

Post horae quadrantem liquorem a sedimento praecipitato statim decantha, tum sedimentum in filtro collige et quam celerrime parva copia aquae destillatae ablue et inter chartam bibulam loco obscuro, calorem non adhibendo, sicca. Omnes actus inter parationem locis a luce remotis efficiantur. Serva in lagenis obturatis, a luce remotis. Sit pulvis niger ponderosus, in quo oculus armatus Hydrargyri globulos nullos detegat.

**Hydrargyrum
oxydulatum purum.**

Hydrargyrum oxydulatum nigrum
purum.

$Hg_2O=416-Hg^2O=208.$

Rp. Liquoris Hydrargyri nitrici
oxydulati, recens parati q.v.

Inter agitationem instilla

Natri vel Kali caustici soluti
q. s.,

ut alkali praevaleat. Praecipitatum in filtro collige, aque ablue et lenissimo (25°C.) calore (pressione evitata) sicca et in lagenis obturatis serva. *Dosis*: 0,03—0,1—0,2 bis terve per diem. In unguine 2,0—5,0 : 30,0 adipis, Lanolinae.

**Hydrargyrum
peptonatum (solutum).**

Mercurpeptonat.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi 10,0.

Solve in

Aquae destillat. 200,0.

Tum commisce cum liquore filtrato, solvendo parato e

Peptoni sicci simpl. 30,0

(vel Peptoni pulpiformis 45,0) et

Aquae destillat. 100,0.

Sepone. Post horam unam et dimidiam sedimentum ortum in filtro collige. Liquore defluxo, sedimentum inter agitationem solve in liquore parato e

Natrii chlorati (salis culinaris puri) 30,0 et

Aquae destillat. 470,0.

Quo facto, liquorem cum aquae destillatae ea copia commisce, ut litra una vel 1000,0 grm. expleantur, tum filtra. Centimetra cubica singula contineant 0,01 grm. Hydrargyri bichlorati. A luce remotum semper caute servetur. *Dosis*: *infectio subcutanea*: Siphon unus vel duo per diem (syphilis).

**Hydrargyrum
phosphoricum oxydulatum.**
Phosphas hydrargyricus. Mercurius
phosphoratus Fuchsii.
 $HgHPO_4 \cdot 2HgO, HO, PO^5=296,5.$

Rp. Hydrarg. oxydati rubr.
P. 51.

Solve digerendo in

Acidi nitrici puri P. 100.

Solutioni admisce

Natri phosphorici crystall.
P. 90

antea in

Aquae destill. P. 400

solutas. Sepone per aliquot horas. Tum praecipitatum exortum decanthando, filtrando et aqua eluendo separa et loco tepido sicca. Effic. circiter P. 67. *Dosis*: 0,01—0,03—0,05 sensim accend.

**Hydrargyrum
phosphoricum (oxydulatum).**
Phosphas hydrargyrosus. Mercurius
phosphoratus Schaeferi.
 $Hg_2HPO_4 + \frac{1}{2}H_2O \cdot 2Hg^2O, HO, PO^5 + HO=505,5.$

Rp. Hydrargyri nitrici oxydulati
crystallisati P. 20.

Solve agitando in

Aquae destill. P. 150 et

Acidi nitrici puri P. 3.

Solutioni limpidae (filtratae) admisce

Natri phosphorici crystall.
P. 15


antea solutas in

Aquae destill. P. 60.

Praecipitatum inde exortum sedulo ablue, donec aqua defluens chartam exploratorium non amplius mutet. Tum loco umbroso tepidoque sicca et in lagenis a luce remotis, obturatis serva. Effic. P. 16. *Dosis*: 0,03—0,06 bis terve per diem. In unguine 1,0—2,0 : 20,0 adip.

Hydrargyrum rhodanidatum.

Sulfocyanidum hydrargyricum. Hydrargyrum sulfocyanidatum. Hydrargyrum thiocyanatum s. rhodanatum.



Rp. Liquoris Hydrargyri oxydati nitrici, recens parati q. v.

Divide in partes duas aequales. Alteri parti adde inter agitationem


Kalii rhodanati

aqua soluti copiam sufficientem, donec praecipitatum inde exortum solum fuerit. Tum admisce alteram partem liquoris hydrargyrici. Praecipitatum colligatur et supra chartam bibulam extensum loco tepido sicetur.

Si praecipitatum ad parationem anguim Pharaonis adhibere vis, addatur minor quantitas Natri nitrici aqua soluti. Cave ne hoc sal sicum in mortario teras vel contundas!!!

Hydrargyrum salicylicum.

Salicylas hydrargyricus.



Rp. Hydrargyri bichlorati 30,0

Aquae destillat. 600,0.

Solutione calore modico peracta, inter agitationem adde

Liquoris Natri caustici q. s. donec miscela reactionem alcalinam praebet. Praecipitatum perfecte aqua elotum in cucurbitam vitreamingere, tum affusis

Aquae destill. 600,0

in balneum aquae impone et liquori ad 60—80° C. calefacto paulatim adde

Acidi salicylici 16,0.

Digere saepius agitando per horas duas, donec color flavus evanescat, liquor agitatus decolor appareat et portiuicula liquoris agitati cum liquore Natri caustici commixta praebet liquorem limpium. Si post horam tertiam haec mixtura turbida permaneat, adde illi liquori 1,0 Acidi salicylici et digestio per horam unam perge. Postremo massam albam in filtro collige et abluere, donec aqua defluens ab Acido hydrochlorico plane libera est. Eff. 37,0—38,0. Sit pulvis albus, in aqua insolubilis. Chlorida, Jodida, Bromida Natrii et Kalii solutionem in aqua excitant sales duplicatos. Antisyphiliticum. *Dosis*:

Hager.

0,01—0,015—0,025 bis terve per diem.

Dosis maxima: 0,035, pro die 0,12!!

Hydrargyrum santonicum (oxydulatum).

Santoninquecksilber.

Rp. Hydrargyri nitrici oxydul. crystall. P. 10.

In pulverem subtilissimum redactae immittantur in liquorem, paratum e

Natri santonici P. 12 et

Aquae destill. P. 120.

Sepone per diem unum et saepius agita. Praecipitatum exortum collige aqua frigida ablue, primum premendo inter chartae bibulae strages, dein loco tepido sicca. Serva in lagenis obturatis, a luce remotis. Sit pulvis crystallinus albidus.

Hydrargyrum stibiato-sulfuratum.

Hydrargyrum et Stibium sulfuratum.

Aethiops antimonialis. Hydrargyrum antimoniato-sulfuratum.

Rp. Hydrargyri sulfurati nigri, Stibii sulfurati nigri aa P.

M. Sit pulvis subtilissimus e griseo niger. *Dosis*: 0,15—0,3—0,5 ter quaterve per diem (Vermifugum).

Hydrargyrum sulfoichthyolicum.

Rp. Natrii sulfoichthyolici 10,0

Hydrarg. bichlorati corr. 3,0.

Misce conterendo. Externum.

Hydrargyrum sulfuratum nigrum.

Aethiops mineralis s. mercurialis.

Rp. Hydrargyri depurati,

[¹] Sulfuris praecip. aa P. 10,

Aquae destill. P. 15.

Ammonii sulfurati soluti P. 3

vel 4.

In lagenam (capacitatis circiter 60—70 P.) embolo suberino muniendam immiscae saepius fortiter conquassentur, donec Hydrargyrum arte armato oculo plane disparuerit. Tum miscelam in filtro collige, aqua ablue et loco tepido sicca.

Rp. Hydrargyri depurati,

[²] Sulfuris depurati aa P.

Modico calore tamdiu conterantur, donec in pulverem homogenum nigrum mutatae fuerint, in quo oculo arte adjuto globuli hydrargyri conspici non possint. *Ph. Germanica.*

Nota. Aethiops narcoticus, Pulvis hypnoticus Kielii, Aethiops mineralis praecipitatus est Hg^2S , effectus inducendo Gas Acidi hydrosulfurici in solutionem acidulam Hydrargyri nitrici oxydulati, aqua dilutam.

Hydrargyrum sulfuratum rubrum.

Cinnabaris facticia. Zinnober.

$HgS = 232 - HgS = 116.$

Rp. Hydrargyri depurati *P.* 10.

In lagenam validam amplam immisis adjice

Sulfuris sublimati loti *P.* 4

Kali caustici soluti, pond.

spec. 1,154, *P.* 26.

Lagena obturata, saepius fortiter agita, donec globuli Hydrargyri plane evanuerint. Tum sepone loco tepido, saepius agitando et interdum lagenae epistomium relaxando, donec sedimentum colorem coecineum adeptum erit. Dein sepone loco frigido per aliquot hebdomades, et, liquore limpido supernatante partim decanthato, affunde sedimento liquorem filtratum, solvendo paratum e

Kali carbonici *P.* 2 et

Aquae destill. *P.* 4.

Denuo, lagena clausa, sepone per hebdomadem unam loco tepido et saepius fortiter agita. Tandem sedimentum collige, aqua bene ablue, leni calore sicca et in pulverem triturando redige. *Effic. P.* 11.

Dosis: 0,2—0,5—1,0. Ad fumigationem 1,0—2,0 in laminam ferream candentem jaciuntur.

Hydrargyrum sulfuricum.

Hydrargyrum bisulfuricum. Sulfas hydrargyricus. Persulfas Hydrargyri. $SO_4Hg = 296 - HgO, SO^3 = 148.$

Rp. Hydrargyri *P.* 4

Acidi sulfurici puri *P.* 5.

In cucurbitam collo longo munitam injectae coquantur, donec aliquot

guttae liquoris in Acidum hydrochloricum dilutum infusae non amplius turbationem efficiunt. Massam salinam aequali volumine aquae frigidae commixtam in colatorio linteo collige, aquae frigidae paululam quantitatem affundendo elue et loco tepido sicca. Cum aqua fervida ne agitur.

Dosis eam Hydrargyri bichlorati aequat.

Hydrargyrum sulfuricum basicum.

$Hg(HgO)_2SO_4 = 728 - 3HgO, SO^3 = 364.$

Turpethum minerale. Mercurius praecipitatus flavus. Subsulfas Hydrargyri flavus. *Turbith mineral.*

Rp. Hydrargyri dep. *P.* 90

Acidi sulfurici concentr. *P.* 50

Acidi nitrici puri (25%) *P.* 60.

In cucurbitam balneo arenae impositam caute ingestas digere, quamdiu vapores e fusco citrini evadunt. Tum massam in catinum porcellaneum immitte et leni igne inter assiduum agitationem sub divo ad siccum evaporata. Massam residuam, in pulverem contritam, inter agitationem paulatimingere

Aquae fervidae decuplo.

Praecipitatum inde ortum decanthando, filtrando eluendoque separetur et loco tepido siccetur.

Dosis: 0,01—0,02—0,03 (Alterans).
Dos. emetica: 0,1—0,3.

Hydrargyrum tannicum oxydulatum.

Mercurius tannatus. *Mercurioannat.*

Rp. Hydrargyri nitrici oxydulati 10,0.

Huic sali ab hydrargyro oxydato plane libero, in mortario porcellaneo ad pulverem subtilissimum contrito admisce

Acidi tannici pulv. 6,5.

contritum cum

Aquae destillatae 9,0

Spirit. Vini absoluti 3,0.

Tritura continuetur, donec massa pulposa aequabilis, a frustulis vel granulis plane libera effecta fuerit. Deinde admisce magnam copiam aquae destillatae, sepone, tum decantha. Sedimentum

in filtrum transgestum elue et postremo calore 35° C. non superante sicca.

Dosis: 0,05—0,1 bis terve per diem.
Dos. pro die 0,3.

Hydrargyrum tartaricum.

Hg²O, T. *Proto-Tartrate de Mercure.*
Paretur aequali modo, quo Hydrargyrum phosphoricum oxydulatum, eo quidem discrimine, ut loco Natri phosphorici

Kali tartarici cryst. *P.* 8
sumantur. Hydrargyrum tartaricum semper a luce remotum sit. *Effic.* circiter *P.* 16.

Nota. Mercurius tartarisatus s. Aethiops tartarisatus est mixtio Hydrargyri *P.* 1. cum Tartari depurati *P.* 2, in qua globuli Hydrargyri non amplius conspiciuntur.

Hydrastinum.

Hydrastina. C₂₂H₂₃NO₆=397.

Rp. Radicis Hydrastis Canadensis sub. pulv. q. v.

In vas percolatorium ingestae affunde

Aetheris aethylici q. s.,

ut pulvis eo obtectus sit. Vase dense occluso, seponere per diem unum, tum modo deturbatorio, Aethera affundendo, pulverem extrahe. Liquorem collectum in cucurbitam vitream infunde et calore modico Aethera destillando separa. Massae residuae

Spiritus Vini absoluti

circiter volumen decemplex affunde, usque fere ad ebullitionem calefac et liquorem calidum filtra, filtrum Spiritu absoluto calido eluendo. Liquorem filtratum loco frigido, vase aperto et charta bibula obfecto, seponere. Crystallula prismatica post aliquot dies collige. Lixivium matrix evaporando seponendoque crystallula nonnulla demittit. Si opus est, crystallula solvendo in Aethere calido depurentur. Partes centenae radices fere p. 1½ Hydrastini edunt. Crystallula prismatica vel rhombica alba splendida, soluta saporis peramari, in aqua insolubilia. Sales in crystallos difficillime transducendi sunt. Antiperiodicum tonicum.

Dos.: 0,2—0,3—0,5 ter quaterve per diem, in unguine 1,5—2,0 : 10,0 adipis.

Ne cum Abstracto vel Extracto fluido Hydrastis commutetur.

Hydrochinonum.

Hydrochinon. Paradioxybenzol.

C₆H₄(OH)₂—C¹²H⁸O⁴=110.

Rp. Anilini *P.* 2.

Solve in partibus sedecim (16) liquoris miscendo parati ex

Acidi sulfurici concentr.

5 ccm. et

Aquae destillatae 10 ccm.

Mixturae refrigeratae sensim inter agitationem adde liquorem frigidum, solvendo paratum ex

Kali dichromici 5,0 et

Aquae destillatae 50,0,

liquorem anilinum refrigerando. Mixtione peracta pulpa viridis exoritur, quae lente in liquidum fuscum transit. In hoc liquidum tamdiu

Acidum sulfurosum gasiforme introducatur, donec hoc gas non amplius absorbeatur. Tum filtra liquorem et ope

Aetheris q. s.

exquassa. Liquor aethereus, Aethere destillando elicit, massam crystallinam subfuscam praebet, quae solvendo in aqua et digerendo cum carbone animali crystallisandoque depuretur. *Eff.* ex Anilini p. 100 part. 16—17. Antifermentivum, desiniciens molle, antipyreticum. *Usus*: Ad injection. contra gonorrhoeam, ad cataplasma contra conjunctivitidem gonorrhoeicam.

Dosis: 0,3—0,6. *Dos.* pro die 1,2.

Hydrogenium

hyperoxydatum solutum.

Wasserstoffsuperoxydlösung.

(H₂O₂=34—HO²=17.)

Rp. Barytae causticae siccae *P.* 1,

[¹] Kali chlorici *P.* 4.

Conterendo exacte mixtae sensim ingerantur in crucibulam Hassiacum vel porcellaneum candescens, dein eodem calore liquentur. Massa in laminam lapideam effusa et post refrigerationem contrita aqua eluatur, dein loco tepido siccetur.

Hujus pulveris subtilissimi, qui in centenis partibus continet *P.* 60 ad 65 Baryi hyperoxydati, parvae quantitates sensim immittantur in Aquam destillatam frigidam, dum Gas Acidi carbonici per eandem transducitur. Sedimento filtratione separato, liquorem ope ant-

liae pneumaticae aut supra Acidum sulfuricum concentrare potes, si poscitur. Serva in lagenis obturatis loco frigidiore. Sit liquor decolor limpidus, saporis amariuscule adstringentis, supra linguam in ore spumescens.

Rp. Barytae hydraeae cryst. P. 10
[²] Kali chlorici P. 5.

Subtiliter pulveratae et commixtae calore modico liquentur, post refrigerationem denuo tritae Aqua destillata eluantur et loco tepido siccentur. P. 10 pulveris siccum cum aquae P. 30 et

Acidi phosphorici pond. spec.
1,120 P. 50

in vase glacie bene refrigerato commisceantur et seponantur per diem unum, ut liquor sedimentet, qui decantheur vel per vitrum pulveratum perfundendo filtratur.

Ad usum analyticum
chemicum.

Rp. Ramenta tenuia Zinci metallici cum Hydrargyro obducta (Amalgamam zincicam).

Immitte in lagenam valde amplam et superfunde

Aquae destillatae volumine duplo. Tum lagenam embolo vitreo obturatam vehementer quassa per aliquot momenta horae etc.

Nota. Ceterum aquam oxygenatam, in pag. 72 et 73, confer.

Hydromel Infantum.

Kindermeth.

Rp. Infusi Sennae compositi P. 30
Syrupi Sennae cum Manna P. 10.

Misce. (Ph. Austr.)


Hydromel simplex.

Rp. Mellis despumati P. 1
Aquae P. 10.

Misce.

Hyoscinum hydrobromicum.

Hydrobromas Hyoscini.




Modo aequali quo Hyoscinum hydrochloricum paratur, nisi quod Acidum

hydrobromicum recens paratum loco Acidi hydrochlorici adhibeatur. Sint crystallae decoloriae rhombicae. Calore 100° C. 12,3% aquae evaporando perdunt. Sal in aqua et spiritu facile solubile, solutionem paululum acidulam praebens et ignitum deflagrans, nihil residui relinquens, saporis amari et paulum acris. Mydriaticum, secretionem sputi et sputationem minuens, concitationem mentis minuens, ea re sedativum et hypnoticum.

Dosis eandem Hyoscini hydrochlorici aequat. Dos. max. 0,0005, pro die 0,002!! (Ph. Germ.)

Hyoscinum hydrochloricum.

Hydrochloras Hyoscini.



Rp. Lixivii matricis, quod in preparatione Hyoscyamini e semine Hyoscyami collectum est, q. v.

Addendo

Acidi hydrochlorici q. s.

in liquorem aliquantum acidum transducatur, tum calore modico evaporando deminutum et post refrigerationem filtratum sensim commisceatur cum

Auri chlorati acidi soluti q. s., quamdiu liquor inde turbatur. Tum sepone loco frigido per dies duos, ut sal Auro-Hyoscini hydrochlorici in crystallae transeat. Hoc sal in aquae parva quantitate solutum

Hydrogenio sulfurato gasiformi

destruatur, tum liquor filtratus (ab auro sulfurato liberatus) cum

Liquoris Kali carbonici q. s. commisceatur, ut Hyoscinum praecipitetur, deinde ope

Chloroformii q. s.


bis terve exquassetur. Chloroformium Hyoscinum continens, primum conquassando cum Kalio carbonico exsiccatum ab aqua adhaerente liberetur, tum Chloroformio maxima ex parte destillando dempto, leniore calore evaporatur, ut liquor spissitudinis syrui densioris remaneat. Huic liquori tepido adde

Acidi hydrochlorici diluti q. s.,

ut liquor neutralis efficiatur, qui evaporando et seponendo in crystallam transducatur, quae loco tepido siccata statim in vitra dense claudenda transferantur. Sint crystallula decoloria, pellucida, in aqua solubilia, in aëre humescentia. Mydriaticum. *Dos. mydriatica:* 0,005—0,05! in 5,0 aquae. *Dos. subcutanea:* 0,0005—0,001. *Dosis max.* per os: 0,0005, pro die 0,002.

Hyoscinum hydrojodicum.

Hydrojodas Hyoscini.




Paretur aequali modo quo Hyoscinum hydrochloricum, nisi quod Acidum hydrojodicum recens paratum adhibeatur.

Sint crystallula prismatica flavida vel e flavido fusciscentia, in aqua difficile solubilia. *Dosis mydriatica:* 0,01! : 10,0 aq. *Dos. subcutanea:* 0,0001—0,0005. *Dos. per os:* 0,0005—0,001! bis pro die. *Dos. maxima* 0,001, pro die 0,0025!!

Hyoscyaminum officinale.

(Duboisinum)



Rp. Seminibus Hyoscyami nigri q. v.

In pulverem conversum digerendo Spiritus Vini rectifss. q. s. exhauriatur. Tinctura inter expressionem et filtrationem collecta, tum

Acido oxalico aqua soluto paululum acida facta et cum aquae triente voluminis mixta calore balnei aquae destillando a Spiritu liberetur. Residuum e destillatione, post refrigerationem oleo pingui innatante ablato, per filtrum madefactum filtratur, tum Ammonio neutralisetur et cum

Acido tannico aqua soluto tandiu misceatur, quamdiu praecipitatum inde exoritur. Praecipitatum in filtro collectum et aquae paulo ablutum, adhuc humidum cum mixtura e

Plumbi oxydati subtilissime pulverati

Plumbi subcarbonici (aa P. misceatur, ita ut volumina tria praecipitati humidi volumini uni mixturae plumbicae occurrant. Massa pultifor-

mis per horas quinquaginta seponatur et saepius agitetur, tum

Spiritus Vini rectifss.

volumine triplo terendo mixta et in vas deturbatorium ingesta Spiritu Vini exhauriatur. Liquor collectus, Acido oxalico neuter factus et paullo aquae commixtus calore balnei aquae destillando a Spiritu Vini plane liberetur, dein admixtis aquae parva copia et

Acidi sulfurici diluti

quantitate ad acidam reactionem efficiendam sufficiente, per diem unum loco frigido seponatur, tum filtratur et

Natri carbonici soluti

ea quantitate sensim commisceatur, quae ad reactionem valde alkalina efficiendam sufficit. Post aliquot horas affunde

Aetheris voluminis trientem


et conquassa. Aethere defuso denuo Aetherem affunde, conquassa, et Aetherem defunde. Haec operatio repetatur, quamdiu Aether aliquid solvit. Liquores aetherei, affusa aquae Acido sulfurico acidae factae quantitate parva, calore lenissimo destillando ab Aethere maxima ex parte liberetur et residuum admixto Acido sulfurico diluto acidum redditum Carbone animali tractetur, dein filtratum, addita Liquoris Natri caustici praevalente copia, Aetheris quantitate quam minima conquassando exhauriatur. Aether defusus et ad evaporationem spontaneam sepositus praebet residuum oleosum, Hyoscyaminum amorphum, quod post aliquot tempus in massam solidam rigescit. Quatuor Kilogrammata seminum praebent Gramma circiter unum Hyoscyamini.

Hyoscyaminum purissimum eliciendum, ope Auri chlorati praecipitatur et hoc Auro-Hyoscyaminum hydrochloratum ope Gasis hydrosulfurati decomponatur etc. Hoc sal aureum in aqua paululum solubile est.

Hyoscyaminum est mydriaticum, anodynum, antispasmodicum, hypnoticum. *Dosis:* 0,001—0,002—0,003, pro aegro animo 0,003—0,005. *Dos. maxima* 0,005, pro die 0,01!!

Hyoscyaminum sulfuricum.

Sulfas Hyoscyaminae.



Rp. Hyoscyamini 100,0.

Solve in

Acidi sulfurici diluti (20%)
86,5

Spiritus absoluti 100,0,

antea commixtis et calefactis. (Acidum sulfuricum dilutum (20%) miscendo paretur ex Acidi sulfurici rectificati 17,3 g et Aquae destill. 69,2 g). Liqorem in patellam vitream ingestum supra Calcariam ustam colloca, donec massa residua fere sicca appareat. Massam tum agitatam supra Acidum sulfuricum concentratum collocatum sepone, donec plane siccata est.

Sit sal semicrystallinum, e flavo citrinum vel e flavo albidum, reactionis neutralis.

Dosis: Conf. Hyoscyaminum.

Hypnolum.

Chloralum antipyrinatum.

Rp. Chlorali hydrati 65,0

Antipyrini 36,0.

Subtilissime in pulverem redacta misce et cum

Aquae destill. 10,0

contere. Massam hanc in particulas loco tepido, a luce remoto siccata in pulverem redige et in vitris clausis, a luce remotis serva. Pulvis in aquae p. 10 solubilis. Hypnoticum. *Dosis:* 2,0—3,0—4,0 in aqua saccharata soluta ad vesperam.

Hypnonum.

Acetophenon. Methylphenyl-Aceton.
 $\text{CH}_3 \cdot \text{CO} \cdot \text{C}_6\text{H}_5 - \text{C}^{12}\text{H}^5 + \text{C}^4\text{H}^3\text{O}^2 = 120$

Rp. Calcii acetici exsiccati

Calcii benzoici exsiccati aa P.

In retortam vitream, cui excipulum appositum est, in balneum arrenae impositam sales calcicos mixtosingere, tum calefac, ut destillatio sicca procedat. Liquor calore inter 190° C. et 210° C. transiens loco frigido (+1 ad 5° C.) seponatur, ut Hypnonum in crystallata transeat, quae collecta denuo destillatione eo modo depurentur, ut liquor calore 195 ad 205° C. transiens colligatur et frigore denuo in crystallata transducatur.

Liquor limpidus, pellucidus, decolor, odoris amoeni peculiaris, calore 200° C. ebulliens, calore 14° C. in crystallata transiens, pd. spec. 1,032, in aqua fere

insolubilis, in spiritu, aethere, chloroformio etc. facile solubilis. Hypnoticum. *Dosis:* 0,2—0,3—0,5 cum Glycerina vel oleo Amygdalarum commixta et in capsulis gelatinosis inclusa vel in emulsionem transacta.

Idiatonum.

Rp. Terebinthinae Venetae P. 1,
Spiritus Ammonii caust. Dzon-
dii P. 10,

Olei Caryophyllorum P. 2.
Misc. (Odontalgicum.)

Idiatonum Breslauer.

Rp. Mastiches

Olei Terebinth. rect.

Liq. Ammonii caustici aa 2,0
Chloroformii 15,0.

M. l. a. *Usus.* Liquore gossypium permadefactum in dentem cavum imprime (caries dentium).

Ichthyolum.

Ammonium sulfoichthyolicum. Ichthyolosulfonas ammoniacas.

Ad parationem hujus salis paratio Acidi sulfoichthyolici exigitur:

Acidum sulfoichthyolicum.

Rp. Olei ichthyolici crudi q. v.

Inter agitationem sensim paulatimque affunde

Acidi sulfurici rectificati concentrati

volumen aequale. Ne miscela valde confervescat, vas in balneum aquae frigidae sit impositum. Miscelam in vase tecto sepone loco vix tepido (20—25° C.) per dies quatuor vel quinque. Tum perfecte defunde partem oleosum supernatantem et massam cum aquae destillatae volumine dimidio exacte commisce, ut solutio perficiatur. Quo facto, affunde volumen duplum

Natrii chlorati (Chloridi natrici) P. 26 in

Aquae destill. P. 74.

soluti et fortiter agita, tum sepone loco frigido per dies duos, dein liquorem aquosum separa. Haec clotio ope Natrii chlorati soluti tam saepe repetatur, donec Acidum sulfoichthyolicum ab Acido sulfuroso et sulfurico plane liberatum fuerit. Hoc Acidum sit pultiforme vel pastiforme lentum, in